

mo plus debeatis amari. **D**ate ergo obsecro  
pijsimi anime mee supplicati. date non propter me  
ritum sed propter omnium quantum digni estis amorem. si  
dare non vultis ut habeam quod desidero. date  
saltem ut vobis reddam quod debeo. **F**orsitan presu-  
medo dicam. sed bonitas vestra me faciat audacem  
**L**oque ergo adhuc ad dominum meum et dominam meam cum  
sim pulvis et cinis. **O**mnis et domina mea nonne meli-  
us est ut vos gratias petenti donetis quod ipse non  
meretur quam cum vobis subtrahatur quod vobis iuste de-  
betur. **I**llud quippe est predicare misericordie. hoc  
autem nequam in iusticie. **I**mpendite ergo pijsimi  
gratiam ut accipiatis debitum. **F**acite mihi ve-  
stra misericordiam quam michi expedit et vos decet  
ne faciam ego vobis in iusticia mea quam nulli ex-  
pedit et nullum decet. **O** amator et miserator ho-  
minum tu potuisti reos tuos etiam usque ad mor-  
tem amare. et poteris te rogati amorem tui et  
matris tue denegare. **V**eneretur ergo vos sicut dig-  
ni estis mens mea. diligat ut sibi expedit ani-  
ma mea. **S**uiat nobis sicut deus caro mea. et in  
hoc consumetur vita mea. ut in eternum psallat to-  
ta substantia mea. **A**men.

**E**xPLICIT Petrus Damasceni de  
Laudibus gloriose virginis Marie